

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 126. Senatus mandatum de hac lite perscriptis actis prosequenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

Sæcul. XVI. promulgato ibidem firmiter stabiliti
A.C. 1594. essent.

§. CXXVI.

Senatus mandatum de hac lîte præscriptis actis prosequenda.

Thu. l. 110.

Hist. Univ.

Paris. t. 6.

pag. 819.

Jesuitæ cum potissimum amicorum suorum potentiae inniterentur, eorum opem implorantes rem eo deducebant, ut ad impensas horum fautorum preces pronuntiaretur, disceptandum esse præscriptis actis: unde etiam Curia præceperat, ut Universitatis, & Parisen-sium Parochorum libellus inter acta litis, utpote ab ea dependens reponatur, ut per unum, idemque decretum circa omnia jus dici valeat. Præ reliquis hac in occasione Jesuitis potentiori favore suffragabatur juvenis Cardinalis Borbonius, qui quamvis periculose decumberet, in libello tamen, quem hanc in rem Senatui porrigebat, de Antonii Arnaldi Advocati petulantia vehementer querebatur, affirmans, quod si per adversam valetudinem liceret, ipius suum libellum porrigere vellet: insuper Rosnius Baro apud Regem potenter intercedebat, datusque ad Cancellarium, Regisque Senatum literis hanc Jesuitarum caussam eis impense commendabat: præterea Nivernius Dux Senatui duos

tra-

tabiliti
æscri
um suo
eorum
cebant
preces
se præ
a præ
arilien
acta li
onatur,
n circa
eliquis
iori fa
dinalis
ose de
m hanc
Antonii
emen
i si per
ipius
nsuper
nterin
arium,
efuita
dabat:
i duos
tra-

tradebat libellos supplices, significans, Sæcul. XVI.
quod huic caussæ ideo validius patroci- A.C. 1594.
naretur, quia Societatis Patres in Ni-
vernensi urbe, ac Collegio ibidem a se
fundato præclara præstarent obsequia,
ac juventutem literis imbuerent. Deni-
que tot alii Viri nobilitate conspicui-
fanto studio eis favebant, ut juxta sen-
tentiam Regii Inquisitoris, cuius no-
mine Antonius Seguierus verba facie-
bat, Jesuitæ, donec aliter prospicere-
tur, solitis exercitiis libere fungi, ac
ulterius literas tradere permetterentur.

§. CXXVII.

Juvenis Cardinalis Borbonii obitus.

Borbonius Cardinalis haud diu vita
superstes die Sabbati trigesima Julii
circa secundam pomeridianam horam *Thu. l. 110.*
Avil. l. 14.
Journal. l.c.
pag. 37.
in sua Abbatia ad sanctum Germanum
de Pratis obiit, nonniſi trigesimum se-
cundum ætatis suæ annum agens. Erat
is quarto - genitus Ludovici Borbonii
Condæi Principis, & Eleonoræ de
Rauga Filius, natus Briæ in Ganda-
losia arce Anno Domini millesimo quin-
gentesimo sexagesimo secundo, præ-
celluitque morum comitate, atque in-
genii hilaritate, insuper miram facili-
tatem